

ad palatum factum sit, ^{animam} ancipitem ~~non~~ tenet. At nisi memoria labor
 visus es olim, cum una essemus, inuuisse, et ⁱⁿ iuuenilibus locum
 fore. Si tamen ^{aut} minus seria ista pro gravitate operis ac dignitate,
 aut (ut suspicor) lascivitas etiam quam pro voluminis modulo,
 causam non dico quin recipiantur, ut remittantur tamen
 quam ocysime, neque ibi manibus ejusque terantur antea quam
 typis Hollandicis divulgata fuerint, cuius rei provinciano fratri
 denique imposui, cui, absente meo perscribere ne graveris quid
 statuendum censeas rogo. Sed et ipse a te deliberationum ha-
 rum certior fieri, nisi molestum erit, in Angliam, gestio: praeci-
 pue autem, quo animo, quo vultu hasce tricas receperis. De an-
 bulacrum ipsum, quod carmine descriptum habes, acri praeterea
 incidendum curavi ab homine neutiquam hujus artis imperito.
 Veldio nomen est, ne Zlandis quidem, ut opinor inauditum.
 Si et hujus Tabella usum aliquem apud vos fore existimaveris
 fratri identidem, qui cum intra pauculos admodum dies la-
 biturus est, indicatum oportebit. Quod superest serio te rogo,
 ut ne qua Typographi vestri latum unguem ab Autographi
 nostri Orthographia recedant, at ne quidem ab accentibus, vel
 interpunctionibus, curare velis. abunde nervorum est quo mea
 mihi displiceant, ut istorum praeterea sordes non accedant
~~me~~ ~~asserere~~ ~~horum~~ descriptioni praestare haec meam, sed illud
 ingenuis sic videri, et cui non sua, in tantis his opinionum
 fluctibus, quos equidem in pacati aliquando aequo ordine
 redactos videre serio ^{exspecto} ~~exspecto~~, sed ut omino, serio exspecto. nisi
 olim tui aliquot graves manuum huic aratro applicare dedig-
 natum non sint. Vale vir Amicissime et me ama.
 Haga Comitum 29^o Novembris 1621.

Het-Boekhout

D. T. Studiosissimus
 C. Huygenius.

Fratri Mauritio
Hugenio.

Fratri. S.

(19)

Scriptorum chorus omnis amat aemulis, et fugit Urbes, Rites
 cliens Baechi somno gaudentis et umbra. Tu me inter strepitus
 nocturnos ^{atque} ~~atque~~ diurnos vis canere et contracta sequi vestigia
 vatum? hic ego rerum fluctibus in mediis, et tempestatibus Urbes
 verba Lyrae moturas sonum connectere coner. Propter cetera
 me Laudanda Poemata censes scribere posse, inter tot curas
 atque labores? Vale Londini 20^o Februarii 1622. a meridie cum
 circa prandium dediscesno Domini Nieuburghii (si hanc traditurus
 est) certior factus de Carmine vix quidem cogitaveram.
 Quem nosti et qualem.
 C. Huygenius.

Ne quid, obsecro Typographorum
incuria depravetur.